



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 61. Balthasaris Sandoval Cardinalis extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](#)

ma prima Januarii ætatis suæ anno Sæc. XVII.  
quínquagesimo secundo.

A. C. 1665.

§. LXI.

*Balthasaris Sandoval Cardinalis  
extrema.*

Hunc pari fato sequebatur Balthasar Sandoval Hispanus, qui in Salmanticensi Academia, Doctoratus laurea decoratus, Rectoris magnifici partes obibat, postea Ecclesiæ Toletanæ Decanus, Archidiaconus, & Regii Sacelli Minister, demum vero ad Philippi III. Hispaniarum Regis preces a Paulo V. Cardinalis nominabatur. Reserat etiam Episcopus Giensem & Jayensem Ecclesias, quibus cum uberrimo gregis sui proventu præfuit, habitaque Synodo ipsus visitavit, ab omnibus passim Cleri exemplum, & Pater pauperum nominatus; hos enim quotidie convivas habuit, in morte hæredes instituit, & in vita in eos tam largas effudit eleemosynas, ut prodigiis instar haberetur, tantis expensis censum suffecisse: Præferebat illius Palatium magis cœnobium, quam Principis aulam: familiam quoque habebat universam ad totius honestatis leges compositam: ipsus etiam morum integritate, rara in supremis dignitatibus mode-

*Ciacon. in  
vita Paul. V.  
tom. 4.*

**Sæc. XVII.** modestia, religionis studio, animi ca-

**A. C. 1665.** dore, ac pietatis fervore, cunctos tam

Ecclesiasticos quam Laicos ad sui imi-

tationem incitabat: Demum Toletanus

Archiepiscopus, Hispaniæ Primas, &

supremus Castellæ Cancellarius, Regi-

que a secretioribus consiliis nomina-

tus, Toleti Mense Septembri expleto

septuagesimo septimo ætatis anno vitam

meritis plenam finivit.

### §. LXII.

#### *Quædam Sacrarum Congregationum decisiones.*

*S. Congr.*

*Rit. Conc.*

*Episc. &c.*

Oriebatur quædam disceptatio inter

Ravennatensem Archidiaconum, &

Abbatem Ecclesiae ad S. Vitalem, an

hic vel Archidiaconus, aut aliis Ca-

thedralis Canonicus aspersorium Aqæ

Iustralis Archiepiscopo Ravennati

præbere debeat, quando hic una cum

Capitulo Metropolitano ad Pontificalia

exercenda Ecclesiæ accedit. die igitur

vigesima prima Martii Sacra Rituum

Congregatio desuper consulta respon-

dit, id Abatti competere, Archiepi-

scopo autem ejusdem festivitatis Ve-

speras non amplius celebrante, vel

eisdem non assistente, Baldachinum

ejus deponatur, atque aliud pro Ab-

bate celebraturo erigatur. Pariter sacra

Cor